

Aduertencias para

preseruemur. Pignus præterea id esse voluit
futurę nostrę glorię, & perpetuę felicitatis,
a deoquē Symbolū vnius illius corporis, cu
ius ipse caput existit, cuique nos tanquam mē
bra, arctissima fidei, spei, & charitatis con
nexione astrigatos esse voluit, vt id ipsum om
nes diceremus. Nec essent in nobis schisma
ta. In quo varios huius diuini Sacramenti ef
fectus commemorat sigillatim explicandos.
Similiter idem determinat in Canon. 5. eius
dem Sessionis. Et verumq; Concilium hanc
etiam determinat veritatem, cum absolutè de
omnibus nouæ legis Sacramentis pronunci
at gratiam conferre. Et ostenditur hæc veri
tas ex dictis Christi Ioannis. 6. ubi fructus
huius Sacramenti edifferit dicens. Panis quæ
ego dabo caro mea est promundi vita. Ec
rursus. Qui manducat meam carnem & bibit
meum sanguinem in me manet, & ego in
illo. Quæ loca etiam intelliguntur de man
ducatione reali Eucharistie. De qua re vide
at Parochus Diuum Thomam. 3. p. q. 79. ar.
1. cuius aliqua verba transcripsit Conc. Flo
ren. loco citato.

¶ Secundo debet docere Parochus, peculiare
& proprium huius diuini Sacramenti effec
tum